Cuinimo Eundem Reverendo Patri Superiori Monasterii Brestensis Litt. commendamus, ut eum paternis ulnis recipiat atque charitative tractet, ac ab aliis tractari faciat. Volumus autem, ut Idem Religiosus Frater Hypnarchus receptis praesentibus rectâ se ad Conventum et Monasterium Brestense sui Ordinis conferat, ibique constitutus sub obedientia Superioris Localis usque ad aliam Admodum Reverendi Patris Provincialis dispositionem maneat, et Religiosam vitam agat. In quorum fidem ettc. Datum Varsaviae Die 16. Mensis Septembris Anno Dni 1789no.

Ferdinandus Archieppus
Carthaginensis Nuncius
Apostolicus. L.S.

Josephus Czerwski Vicecancelarius

Extractum ex Consultatione Generali 1789. Diebus Septembris habita.

Cum immatura morte V.A.R.P. Innocentii Milanowski Provinciae Lithvanae Proto=Consultoris Superioris Bythenensis idem Monasterium Moderatore orbatum sit, Religiosissimus Pater Provincialis Lithvaniae pro determinando praedicti Monasterii Superiore ad Reverendissimum Proto Archimandritam Eiusque Consultorium recurrit. Et Reverendissimus Proto=Archimandrita, re cum suo Consultorio communicata, attentoque Imo quod memoratum Monasterium intra vicinia Consultorum Provinciae Lithvanae situm sit: 2do quod V.A.R.P. Theodosius Goyzewski optime de Provincia sua meritus, ex Secretario Provinciae in Eiusdem Consultorem nuper electus, mancum occasione praerecensitae V.A.R.P. Innocentii Milanowski mortis, Provinciae suae Consultorium complevit suffecto in Secretarii Provinciae Munus V.A.R.P. Mercurio Rymatzewski, qui alios in Provincia sua laudabilissime emensus labores sexenio in Collegio Pontificio Vilnensi S.a Theologiae SS. Canonum vigilem Professorem egit, Eundem V.A.R.P. Theodosium Goyzewski Provinciae Consultorem vacantis Monasterii Bythe-

nen=

Bythenensis Superiorem nominavit et statuit=

Hoc Extractum concordare cum actis
Officii nostri attestans subscribo
Maximilianus
Witczynski O.S.B.M.
ProtoConsltr Glis
mp

Excerptum ex Consultationibus Generalibus Ordinis S. Basilii M. Anno Dñi 1790. Mense [illegible] habitis.

Quamvis Constitutio in Codice Nrō 58. Tit. de Residentia de. diversam et distinctam à Regulæ 30. et 31. Tit. Regulæ Protoarchimandritæ de. / quæ nonnisi habito voto Consultorum Generalium, attentoque recursu Provincialium Superiores Monasteriis Vocalitatem annexam habentibus præficere, aut eosdem immutare demandant / in deligendo Superiore pro Monasterio Torocanensi solimet Rmō Protoarchimandritæ committit facultatem, nihilominus tamen Idem Rmūs Protoarchimandrita, ubi est deventum in hac Sessione ad necessitatem mutationis ARP Iasonis Nowicki Superioris adusque Torocanensis, et alius cujuspiam in Locum Ejus Monasterio suo Residentiali in Superiorem destinationis, ne in præsenti etiam casu à suo Consultorio separari videatur, habito pleno Eidem Consultorio tum ad vehementiam in hoc Monasterio rei œconomicæ sustinendæ promovendæque, tum ad Census à Republica noviter impositos, ac nonnisi de sollicita industria ex Oeconomia quærendos ac persolvendos, tum ad alia negotia ex circumstantiis emergentia, sæpiusque difficillima, in hoc tanto, tamque rebus arduis involuto Monasterio, per Superiorem tractanda ac terminanda non cadeguo pares vires ARP Iasonem Nowicki, cæteroquin hominem morigerum et religiosum habere proposuit, proindeque Eundem movendum esse de Superioratu Torocanensi, ac in Ejus Locum pro Superioratu Torocanensi ARP Isidorum Bogusławski Magistrum Novitiorum Bythenensem subrogandum destinandumque esse in Domino judicavit Cui Voto Rmī Domini Protoarchimandritæ Idem Consultorium Generale annuendo, perpensis supra scriptis motivis, tam mutationem Admdūm Rndi Patris Iasonis Nowicki de Superioratu Torocanensi, quam destinationem in Superiorem